



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XXVIII. De restitutione mercedis ex actione turpi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPUT XXVI.

De Restitutione.

Liberant militem ab obligatione restituendi, qui ab alio conductus, pecunia quempiam occidisset, vel ignem rectis injectisset.

RESPONDETUR.

Distinguendæ sunt diversæ obligationes: 1. est, restituendi parti læsæ, & injuriam passæ; ab hac nemo militem liberat, nisi is, ejus suavis facinus perpetravit, satisfecerit; hinc prædictus miles à Jure justè plectitur, & damnum, quod ex incendio sequitur, rescire tenetur. 2. obligatio est solvendi militi mercedem promissam pro incendio, vel homicidio, de qua *infra cap. 28.* 3. est refundendi militi pecuniam, quam is in pœnam solvere coactus est; queritur autem, utrum is, qui militem ad facinus induxit, damnum, quod inde miles passus est, rescire debeat; ego cum multis non arbitror teneri, quia miles culpa sua facinus patravit; & quod se induci siverit, non commiseratione, sed pœna dignus est, nec quemquam reficari puto.

CAPUT XXVII.

De Furto.

Cassius docet, pauperes ad gravem necessitatem redactos, licet furari.

REFELLITUR.

Nemo unquam dixit, licet quemquam furari posse; nec enim pauperes furari dicuntur, quando in prædictas angustias redacti, aliquid accipiunt, quod ad sustinendam vitam sufficit, ut docent Angelus, Sylvest. Medina, Covar. Navar. Petrus Navarra, citati à Lessio *lib. 2. cap. 12. num. 12.* ubi fatetur, hanc opinionem esse probabilem, modò sit gravis necessitas, in ordine ad vitam, non verò in ordine ad statum; nec suppetat pauperi alius modus, etiam mendicando, habendi, unde alatur, & vitam sustineat. Adde Dianam, *part. 2. tract. 3. miscell. resol. 29. & part. 5. tract. 9. resol. 23.* qui plures citat, præsertim Malderum, Bannes 2, 2. *quest. 66. art. 7.* Marc. Serr. *ibidem*; Sà v. *furtum*, n. 1. Caste Pal. *tom. 1. tract. 6. disp. 2. de charit. punct. 2. num. 13. & p. 9. n. 5.* Valquez aliique, quos citat Lugo *disp. 16. num. 153.* Dicastil. *lib. 2. de just. tract. 2. disp. 9. dub. 9. num. 256.* ubi alios citat; Tambur. *lib. 8. tract. 2. cap. 6. §. 1.* sed nulla in hoc difficultas esse videtur.

CAPUT XXVIII.

De Restitutione mercedis ex actione turpi.

Liberant meretrices à restituenda mercede turpis actionis, nisi fortè à Religiosis acceptæ.

rint: item siccarios mercede conductos, & magos veneficos, artis scilicet nefariæ scientes, esse volumus.

RESPONDETUR.

Omnes quidem Theologi damnant hujusmodi pacta, & ante opus impletum, jubent restituere acceptum, pro admittendo crimine, pretium; at vero opere completo, modò pretium immodicum non sit, & nulla lege pretii restitutio præscribitur, multo communiter docent, nullam esse obligationem restituendi. Juris interpretes paulò obscurius de hoc argumento scripserunt; hinc Judices sæpè reos ad restitutionem obligant, & ejusmodi donationes rescindunt, si res nondum tradita est: nemo sane hæc prædicta improbat, vel accusat injustitiam; si enim impetratores suis legibus mutuas inter conjuges donationes irritant, ne conjuges mutuo amore ducti, seu bonis sese ipsolent; longè potiori jure idem statum potuerunt de donationibus, quæ sunt libidinis causa, conjugali amore interdum flagrantioribus: sed perfectò hujusmodi leges ad levia munuscula extendi non debent, nec ad ea minuta, quæ ad victum, vnuemque vestitum necessaria sunt: Accedit, quod obscurior est legum textus, quam ut constet iudicis sententiam de prædictarum pactationum rescissione, quare nec à Theologis planè damnantur.

Multos adducere possem; hi sufficient, D. Thom. 2, 2. *quest. 2. art. 5.* Antonin. 2. *part. tit. 2. c. 1.* ubi citat Raymundum; Petrus Navar. *lib. 9. de just. cap. 2. Navar. cap. 17. num. 30. & 35.* Cajetan. *m. 2. q. 9. art. 7. & quest. 62. art. 5.* Angel. v. *restitutio*. Synod. v. *restit.* Lell. *cap. 14. dub. 8.* Azor. *part. 3. lib. 4. c. 1.* Molin. *tract. 2. disp. 82.* Valent. *q. 6. de just. punct. 3. §. 2.* Salom. *controv. 4. §. 5.* Valq. *de just. §. 3. cap. 1.* Dian. *tom. 1. part. 2. tract. 16. resol. 38.* Lugo *disp. 16. sect. 3.* Dicastil. *lib. 2. de just. tract. 2. disp. 6. dub. 1.* adde Megalam, Bonacinam, Grass. citatos à Diana *part. 2. tract. 16. resol. 7.* Sanch. *lib. 1. de matr. disp. 10. num. 22.* ubi retert 22 Auctores: item *num. 22. & 23.* Panormit. *in cap. 20. de sponsalib.* ubi citat Molin. Angelum, Jason. & multas leges; Tolent. *lib. 5. cap. 21.* Equidem Navar. excipit mercedem ex actione contra justitiam: idem sentiunt nonnulli alii, nec improbo; hoc tamen non facit, ut ipsa acceptio, vel retentio injusta sit; equidem teneat graviori rescire damnum per summam injustitiam illam, quis hoc negat? multi tamen negant, injuriam facere illi, cujus suavis, facinus patravit, si mercedem acceptam retineat; nec enim ipsa retentio, vel acceptio injusta est, impleta scilicet conditione: nempe ante illam, semper est obligatio restituendi: qui amabo liberet adolescentem ab obligatione statuto pacto in defloratione virginis inito? nec est, quod aliquis Casuista irrideat, eò quod agant de divinitate mercedis, pro actione turpi, ut Lugo *num. 25.* Quasi verò ante Casuistas hæc disparitas auctorum non fuerit, nunquid Judas Thamari annulum, perillas & baculum non dedit, perpetrati delicti mercedem? Genes. *cap. 38.* nunquid apud Pharaonem servulorum fordidorum scorta diabolaria habebantur? consule, si vis, leges de turpi stipulatione: quod verè dicitur, veneficum, aut magum, qui has nefandas artes ignorat, non posse quidem accipere, lumine naturæ notum est, cum sit frons manifesta; quod autem Casuista mercedem pro actione turpi à Religioso meretrici datam, merito expropiant, etiam tyrones sciunt; nec enim Religiosus dare potest, quorum Dominus non est; nec iustus

bona dandi a Superioribus ipsi fortè concessa;
receptum enim censetur concessa licentia dandi me-

CAPUT XXIX.

De restitutione accepti à debitore in frau-
dem creditorum.

Oportet eadem, donata in fraudem creditorum,
nulla lege esse restituenda, ac proinde tuta
conscientia retineri posse.

RESPONDETUR.

Verum est à multis hoc doceri, sed hac lege,
ut is, qui accipit, nullo modo dantem induce-
rit ad donandum, nec directè, nec indirectè prædi-
ctam donationem procurarit; ratio hujus sententiæ
perspicua est, cum enim bonorum illorum domi-
nium licet perire dantem, non video, cur si ab eo den-
tur, alter accipere non possit, ac retinere, citra obli-
gationem restituendi, saltem in foro conscientiæ; nec
obicit, quod ille peccet donando, quatenus per hoc
impetens erudit, ad solvendum creditoribus, quia
is, qui accipit, non est causa hujus voluntatis do-
nandi, sed tantum jure suo; datur tamen actio credi-
toribus versus illum, qui titulo gratuito accipit;
ut l. de cap. 20. dub. 19. num. 168. Petrus Navarra
lib. 3. cap. 4. num. 118. Molina disp. 327. & colligitur
etiam l. de m. 3. 4. ff.

CAPUT XXX.

De restitutione accepti a Iudice pro sen-
tentia injusta.

Reverentiam etiam Iudicem ab obligatione resti-
tuendi ea, quæ accepit pro sententia injusta,
licet pro iusta.

REFELLITUR.

Nemo negat, Iudicem teneri ad refarciendum
damnum parti læsæ per sententiam injustam il-
lam, si tamen alter injustè sibi adjudicata eidem
non restituerit: utrum verò teneatur restituere pre-
terea pro injusta sententia acceptum, affirmant ali-
qui, ut Cajetanus in 2. 2. quest. 32. art. 7. & quest. 62.
art. 1. Covar. ad reg. peccatum, p. 2. §. 2. alii ne-
gant, ut l. de m. 3. 4. dub. 8. num. 52. qui hanc do-
ctrinam colligit ex l. 3. §. de condus. ob turpem cau-
sam l. 1. & Bartolol. 3. de penis iudic. D. Antonin. 2.
cap. 3. Angel. v. concusio, num. 2. Sylvester
art. 1. v. Eleemosyna, quest. 4. Navarr. cap. 17.
art. 36. Diana part. 2. tract. 16. resol. 38. &
tract. 4. resol. 27. ubi citat Reb. Turrian.
de m. 3. 4. ubi multos citat, Dicatit. lib. 2. de iust.
l. 1. dub. 1. Tamburin. lib. 7. cap. 5. §. 3. n. 20.
etiam hanc sententiam communem esse inter Re-
centiores; Bonacin. in 8. praecept. quest. 2. punct. 8.

Laym. lib. 3. tract. 4. cap. 4. num. 9. & 10. Busenbaum
lib. 4. cap. 2. dub. 1. ab his autem innumeri citantur,
ut Corduba, Vasq. Sanch. Turrian. Tannerus, Petrus
Navarra, Filliuc. Molin. Reginald. alique ferè innu-
meri: potro ratio illa, quæ vulgò affertur, inepra
non est, quòd scilicet Iudex nihil quidem accipere
possit, si pro iusta, si pro injusta sententia; id
tamen, quod pro iusta accepit, restituere tenetur;
quia cum is, qui dedit, jus haberet ad iustam sen-
tentiam, coactus dedisse censetur; secus tamen, qui
obtinuit injustam, ad quam nullum penitus jus ha-
bebat; igitur restituere huic non tenetur, saltem ante
Iudicis sententiam. Hoc tamen non facit, quin Iudex
qui iudicavit injustè, damnum illatum parti læsæ re-
sarcire, strictè teneatur.

CAPUT XXXI.

De nimia scriptorum illorum multi-
tudine.

Approbari non potest sine crimine tanta hujus-
modi scriptorum multitudo, qui moralem
Theologiam adulterarunt & corruperunt.

REFELLITUR.

Negare vix ausim, longè satius fore, si nonnul-
li, qui librorum syllabos, vel indices compila-
bant, ab illa scribendi licentia abtinerent; præfer-
tim cum mentem auctorum sæpè non assequantur;
sed quid faceres, in omni disciplinarum genere hoc
vitio laboratur, licet in re morali & modica sit pau-
lò periculosius: at profectò nemo negaverit, his
etiam posterioribus sæculis gratulandum esse, eò
quòd tulerint Scriptores doctissimos & piissimos,
Gallos, Italos, Hispanos, Germanos, Belgas; minima
nostra Societas aliquot non sanè ignobiles protulit,
Tolet. scilicet Delugo, Valent. Vasq. Suarez, Molin.
Henriquez, Granado, Lessium, Conineck, Layman,
Azor, Castro-Palao, Gibalin. Gordon, Præposit. Sa-
las, Fagund. Reginald. Filliuc. Sanch. Tanner. Mar-
tinon; sed omitto, cum omnes sine longo censu nu-
merari non possint; neque hi cæteris laxiores sunt,
Suar. antiquis Scholasticis strictior, & Sanchez an-
tiquis Canonistis: nonnihil fortè hævi quibusdam
inest; quid tum, quasi verò sui antiquis etiam non
inest; denique adversarii Vasquem sugillant,
eò quòd dixerit, latronem, qui jam apud se statuisset
pauperem suis bonis spoliare, si à furto removeri
non possit, inducendum potius esse, ut bona divitis
surripiat; cæteri Theologi, præsertim Societatis, à
Vasqui sententia discesserunt, quamquam mul-
ti existimant, minus malum illi suaderi posse, qui
jam majus decrevisset: Sotus lib. 4. quest. 7. art. 3.
Cajetan. in summ. Marc. Serra 2. 2. quest. 62. art. 7.
dub. 1. ubi citat Sylvestr. Armill. Medin. Thom.
Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 11. à num. 15. Diana
5. part. tract. 7. resol. 18. qui citat Guttier. Arragon.
Navarr. & alios, nec aliud sibi voluit Vasq. sed
ad alia majoris momenti gradum
faciamus.

* *

Nn 2

CAPUT